

DN. JASONIS MAYNI

# IVRIS INTER- PRETIS EXCELLEN- TISSIMI IN TITVLVM INSTITV- TIONVM IVRIS, IVSTINIANI IMPERAT. DE

ACTIONIBVS, Commentaria seu prælectiones absolutissimæ, cum Additionibus eiusdem, & Apostillis BENEDICTI DE VADIS, FOROSEMPRONIENSIS,  
ET D. ANTONII CARCASSONÆ SARDE.

QVIBVS OB MATERIÆ SIMILITVDINEM, ET  
rei utilitatem, adiunctus est Tractatus IOAN. CRISPI MONTANI, Ictimini  
Actionum, ab ipso inscriptus; omnes actiones, tam ciuiles, quam præ-  
torias, breuiter explicans.

Item PLACENTINI Icti vetustissimi de varietate actionum LIBRI SEX,  
E ADAMANTII DIONYSII, D. Iasonis Auditoris, de diuisionibus Actionum, Commentarius breuis.

SVBIVNGTÆ DENIQUE SVNT, IN GRATIAM IVRIS, ET PR. A.  
xos studio locum, A. ROSSI & GAMBRIIONEVS ARETINI, Icti celeberrimæ prælectiones pulcherrimæ  
IN TIT. INSTITV. DE EXCEPTIONIBVS. Cum Nons seu Annotatio-  
nibus Francisci Perputati, & Ant. Caij.

ET IOAN. FABRI COMMENT. IN TIT. INSTIT. DE INTERDICTIS.

*A mendis omnia quam diligentissime reuocata, & allegationibus à textu characterum varietate defunctis.*

*Quantum in re de interdictis*

*at*

M. D.

C. IX.



FRANCOFVRTI D. MOENVM, CVRANTI-  
bus Ruland is MATTHIÆ BECKERI.

# EXIMII, AC PRÆSTANTISSIMI IURIS VTRIVSQUE DOCTORIS

AC ORATORIS DISERTISSIMI, MAGNIFICI  
Comitis atque Equitis, D. Iasonis Mayni, civis Mediolanensis Primatei, necnon  
Ducalis Senatoris super difficili ac perutili titulo Institutionum de Actionibus in-  
terpretatio, in florentissimo Ticinensi Gymnasio, stylo edita eleganti. Cum  
multis additionibus per eundem adiectis, necnon cum Apollinis  
D. Benedicti de Vadis Fofolemprentensis.

## DE ACTIONIBUS.

### Rubrica.

#### SUMMARIA.

- |    |  |    |  |
|----|--|----|--|
| 1  | Actionum infirmitates, Legiste suffragis legum, & rationum curare habent.          | 24 | Rubrica negativa vel prohibitoria, an cum iuramento renouari valeat?                       |
| 2  | Qualitatem quis cognoscere non potest, nisi substantiam cognoscat.                 | 25 | Actio in singulari, an continet omnes actiones. Indefinita a quo potest venire sal.        |
| 3  | Qualitatem quis probare non potest, nisi substantiam probet.                       | 26 | Gerundia an sint sal.  |
| 4  | Rubrica an & quando sint necessario continuanda.                                   | 27 | Rubrica posita per nomen, quid importet.   |
| 5  | Verba enunciativè prolata à Legistaturæ, non inducunt dispositionem.               | 28 | Gerundia, an & quando importent necessitatem?  |
| 6  | Verba enunciativè emissa, non disponunt quando, & c.                               | 29 | Gerundium positum in accusativo, quid denotet?   |
| 7  | Legis ad legem, an & quando si. secunda continui?                                  | 30 | Gerundium in genitivo, adiectis verbis, Animo, vel causa, importat causam finalem.         |
| 8  | Rubricarum continuatio, an fieri possit ad remota.                                 | 31 | Statutum dicens, si quis occiderit, in quo verificatur.                                    |
| 9  | Arguere ex verbis rubricarum an liceat?  | 32 | Lex, is, qui cum telo. Cod. ad legem Corne. de licet. in pænis statutorum locum non habet. |
| 10 | Rubricæ legum textui consonantes, an allegari possunt?                             | 33 | Gerundium in adlativo, an importet conditionem?  |
| 11 | Rubricas, an textum scribere promittens, scribere teneatur?                        | 34 | Gerundia quando importent causam finalem, & quando formalem.                               |
| 12 | Rubricæ Decreti, an sint Authentica?   | 35 | Gerundii natura que sit?   |
| 13 | Rubricæ Decretalium, & iuris civilis, quando pro iure allegari possunt?            | 36 | Supini natura que sit?   |
| 14 | Arguere ex rubricis imperfectis, quibus casibus liceat.                            | 37 | Titulus specialis de omnibus quare ponatur.  |
| 15 | Rubrica reperita in libro Notariorum, an fidem faciant, vel presumptionem?         | 38 | Dum sit quid boni operetur.  |
| 16 | Imbreccatus a Notarij, an fidem faciat?  |    |  |
| 17 | Rubricæ generalis nigro, an restringatur per nigrum?                               |    |  |
| 18 | Nigrum generalis rubro, an sit restringendum?                                      |    |  |
| 19 | Nuptia incesta, & nefaria que sint?  |    |  |
| 20 | Nigrum si contradiat rubro, an stare debeat.                                       |    |  |
| 21 | Rubricæ negativæ, vel prohibitorie, renunciari non potest, etiam consensu partium. |    |  |
| 22 | Renunciare privilegio suo quis potest, non tamen præcepto.                         |    |  |
| 23 | Statuto prohibitorio renunciari non potest.  |    |  |



QVANTIAM, VI præclare inquit Bald. in l. 2. ad fin. C. qui admittit ad benevolentiam possess. nos Legiste habemus curate infirmitates actionum, suffragis legum, & rationum: idcirco oportet species agnitionum cognoscere. Accedat bonus textus in authentice: constitutio innovat constitutionem, in princip. collat. 8. & textus in proem. C. de antinoniam, in ver. Quibus iura iam posita mederi non possunt. Verum, ut inquit idem Bald. in l. 2. ante medium prima colun. C. de bon. poss. secundum tabu. † non potest quis cognoscere qualitatem, nisi cognoscat substantiam, per text. in Leim, qui in pronuncia. ff. si cert. pet. at. & est cir-

TRACTATUS AD MO-  
DUM ELEGANS, AC IVRI STUDEN-  
TIBVS PER QVAM NECESSARIVS, IOHAN-  
NIS CRISPI MONTANI, CIVIS A QVILANI, IN  
alma vniuersitate Patauina editus, quem ipfemet  
author, *Termini Actionum*, intitulauit, felici  
exorditur auspicio.



QVONIAM non constructis  
fundamentis omne quod su-  
per edificatur, corruit. c. c. m. s.  
Paulus. 1. questione. 1. & sicut a-  
lias ante, quam quis baptize-  
tur, non potest sacros ordi-  
nes suscipere. c. si quis. 1. quest. 1.

cap. veniens. & cap. si quis. de presby. non baptiza. Et se-  
cundum philosophum, Ignoratis principiis, nec-  
esse est ignorare quæ sequuntur ad principia,  
iuxta l. 2. ff. de iurisdi. l. annuum iudi. l. ad rem mobilem. de  
procur. cum similib. Et denum sicut alias, cum quis  
potest ire per viam facilem, nõ debet capere dif-  
ficilem: arg. not. in l. r. non nouam. C. de iud. §. sed ne in  
primis. Instit. de leg. & instit. de iustitia & iura. post prin.  
& iuxta c. 1, quæ habentur in l. a. C. de cursu pub. lib.  
12. Igitur ego Iohannes Crispus inter alios le-  
gentes minimus in hoc almo studio Patauino ad  
utilitatem iuuenum iuri civili incumbentium,  
videns circa actiones tantam difficultatem, sub-  
tilitatemque versari, vt res ipsa attestatur, & tan-  
tum fore Iuristis necessariam earum materiam,  
cum tertium caput iuris concernat, iuxta §. si. In-  
stit. de iure naturali, gentium & civili. Conuictus  
deniq; à compluribus per quandam summulam  
declarare terminos, & fundamenta actionum, ad  
hoc opusculum deuocui, in quo in primis, relicta  
arbore loquæ in veritate non habet formam ar-  
boris, nouam arborem confinxit, in qualibetque  
eius cellula vnã actionem describens ponendo  
tam prætorias, quam civiles, & plures addendo,  
vt cuique in opere ipso est licitum intueri.

Et ne in totum esse in corruptor antiquitatis,  
iuxta l. more maiorum. ff. de iurisdi. omnium iudicum.  
& cap. ad apostolicam. extra de simon. in his cum simi-  
libus incepti, & incipiam à prætoris: feci quoque  
tabulam per alphabetum, vt facilius vnãquæque  
actio reperiri possit. Nec reperies in arbore no-  
stra illam difficultatem punctorum, vt est in ar-  
bore Ioannis: nec etiam illarum literarum, quæ  
sola, si bene consideres, requirunt, vt ita dicam,  
memoriam artificialem, & fastidiunt cerebrum.  
In sola punctuatione sua non habetur cognitio  
terminorum in actionibus per leges & authori-  
tates: & simpliciter quis eam sequendo posset e-  
rubescere iuxta §. consuetudinem. in Arbor. de trien. &  
femi. & not. in l. l. l. l. l. C. de col. Nec ita reperies in  
tractatu Sancti Blasii, quem fecit de actionibus.  
Nos autem in nostro opusculo, persequemur

cum allegationibus, & probationibus naturam  
cuiuslibet actionis. Primo, cui competat, & ad-  
uersus quem, & demum in vnãquãque tractabimus  
iuxta illas duodecim diuisiones, quas ponit gl. in  
§. sunt præterea. Instit. de actio. quas terminos actio-  
num appellat: & opusculum hoc baptizo hoc no-  
mine, videlicet *Termini actionum*, &c.

Capio nunc in Dei nomine, & eius gloriose  
matris Publicianam, quæ est signata prima actio  
in arbore, & inter prætorias: & deinde persequar  
alias in quibus si quid inepte, & minus provide  
dixero, si imper me subdicio iudicio fauori: & de  
facili poterit venia tribui, cum nunquam errare,  
porius diuinum, quam humanum existat: vt l. 2.  
§. si quid. C. de vet. iur. enucl.

PUBLICIANA. I

**H**æc actio primo dicitur Publiciana à Publi-  
cio inuentore: vt in §. alia. Instit. de actio. Ro-  
man. in sing. 365. sicut alias Falcidia dicitur à Falci-  
dio inuentore, & à Papio. & Pompeio lex Papia  
& Pompeia: vt in c. quedam etiam leges. 2. dist. 11.

Secundo datur, & competat ex æquitate præ-  
toria ei, qui emit bona fide à nõ domino, & non-  
dum rem præscripsit aduersus possessorem. l. 1. &  
2. & l. si res. ff. de Publ. & dicto §. alia. Tertio est utilis  
hæc actio, & non directa, secundum glossam in l.  
eum, qui §. si potest. in §. 1. secunda. ff. de Public. & in  
eadem l. §. hæc actio. Tu potes ad hæc. & illa: primo  
quod Publiciana datur ad similitudinem rei ven-  
dicationis, vt dicta l. eum qui. §. in Publiciana. Sed  
quod est simile, nõ est idem. l. quod Nerua. ff. de pos-  
& rei vendicatio est directa: ergo, &c. licet hoc  
non sit firmum argumentum. Item licet aliud,  
quis sicut prætor non potest facere quem hære-  
dem directo, vt in §. quos autem. Instit. de banorum  
possess. ita nec actionem. Sed hoc etiam non est fir-  
mum. Non cundo per m. edicta si. ff. fragia, quod  
Publiciana sit utilis. pondero tex. in §. alia. Instit.  
de act. in ver. sic. nullam habet in rem directam actionem.  
Nam si Publiciana esset directa, text. sibi contra-  
diceret. Nec valeret, si diceres, nullam habet de  
iure, scilicet civili, cū verbum, *Habeat*, sit presen-  
tis temporis: vt sic etiam hodie de iure prætorio  
in illo calu quis non habeat directam: & sic in-  
euitaliter probat, quod Publiciana est utilis,  
iuxta not. in l. in dicto. §. si extraneus. ff. de monastibus.  
quod qualitas adiecta verbo intelligatur secun-  
dum tempus verbi. Sed aduerte, & in hoc sem-